

DEDICATIO.

nitor rite conservetur , ad extremum dignitas Musarum, quarum ope Munificentissimi Fundatores & Conservatores , quoad homines sunt in ore hominum versantur , mortalesque Ipsi consequuntur immortalitatem , ab injuria & contemptu constanter vindicetur. Sed ne molestus sim abrumpo , Vobisque Apollinis nostri Legatis & Interpretibus in præsens offero literarium hoc munusculum , quod in memoriam sempiternam tot exhibitorum mihi beneficiorum , in animi grati , pietatisque & affectus debitam significationem publice extare volui ,
cum